



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 64. Quid præterea sit notandum circa defectus animæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

quæ per se sit causa talis effectus, quia effectus per accidens non imputatur danti operam rei licitæ: Hinc non sit irregularis, dicens carnifici; nemo te impedit facere tuum officium, ego meum feci: nec Judices Ecclesiastici, degradatum tradentes brachio seculari; nec Clerici accusantes aliquem in causa criminali, modò expressè protestentur, se non intendere ut puniantur penâ sanguinis, sed tantum ut sibi vel suis satisfiat, vel impediantur mala sibi aut aliis imminentia. Vide Bon. q. 4. Tan. l. c. &c.

## A D D E N D A.

**Q**uest. 64. Quid præterea sit notandum circa defectus animæ. 494. Bl. §. 1. Qui semel deliravit ex causa de se habituali & permanente, etiam si nunc probetur perfectè sanatus, est irregularis in ordine ad Ordines suscipiendos, potest tamen in Ordine antecedenter suscepto ministrare, *Suar. Bon. Leur. p. 1. q. 2 3 2. Dixi ex causa de se habituali, nam qui deliravit ex morbo vel ira, non est irregularis, uti iidem docent cum Menoch. I. 6. præsump. 45. n. 62.*

§. 2. Epilepticus, qui aliquando habuit morbum caducum, per se loquendo est in perpetuum inhabilis ad Ordines suscipiendos, uti cum communis Bonac. De Irreg. q. 2. p. 2. n. 22. attamen, quia multa relinquuntur arbitrio Episcoporum, habet praxis in his partibus, ut eum admittant ad Ordines, qui per biennium liber fuit, quia tum creditur superâsse malum per naturam. Quod si per septem annos liber fuerit, putavit vir Eximius à me interrogatus posse etiam non admonito, ac sine declaratione Episcopi Ordin-

P P P 3

nes

nes suscipere , quia cùm singulis septenniis natura quasi immutetur & statum resumat , si adhuc superfuisset materia critica , causâs interea aliquem accessum . Si ordinatus sit , quamvis non omnino sit liber , tamen si raro cadat nec spumet , privatim poterit celebrare adjuncto socio Sacerdote , qui Missam perficiat ; si forte morbo corripetur , Cap. Illud 15. & seq. causâ 7. q. 1. Nav. Laym. Pirrhing. I. 1. tit. 20. n. 14. tempus autem , quod datur tali ordinato ad explorandum an convaluerit , est spatium unius anni sive aliud pro arbitrio Episcopi spectatis circumstantiis .

496. §. 3. Qui aliquando fuit energumenus seu à dæmons obfessus , est irregularis ad Ordines suscipiendos , Cap. Maritum , dist. 33. Suar. Leuren. p. 1. q. 235. Sed non facile aliquis judicandus est obfessus , nisi manifestis signis certò constet inquit Less. in auct. v. Ordines sacri cas. 7. Potest que etiam talis in susceptis Ordinibus ministrare , si liber sit , quod per annum vel tempus aliud ad arbitrium Superioris probare debet , Suar.

497. Leuren. §. 4. Suar. de cens. d. 51. f. 1. n. 8. Ugol. de irreg. c. 3. Gonz. ad Reg. 8. gl. 4. n. 41. dicunt currentem scientiâ à Jure requisita esse irregularem , sed negant Garc. p. 7. c. 7. n. 10. Sayr. de cens. 1. 6. c. 13. Sigism. à Bonon. de elec. dub. 60. n. 8.

498. §. 5. Si in hermaphrodito , qui prævalente sexu virili per dispensationem ordinatus est , postea prævaleat sexus mulieris , remanet quidem in eo character , attamen fit iterum irregularis , imò non potest amplius validè consecrare vel absolvere , quia non est amplius mas , cui soli ex voluntate Christi competit potestas sacerdotalis , Lugo in Resp. mor. I. 1. dub. 31. ubi pari-

pariformiter docet, si talis esset in Religione professa vel nupsisset viro, & postea prævaleret sexus virilis, hoc ipso annullandam professio- nem & Matrimonium.

*Q. 65. Quid addendum sit circa defectus corporis. 499.*  
*R. §. 1. An ille qui ob vitium corporis inhabilis est ad Presbyterium, etiam sit inhabilis ad infe- riores Ordines & Clericatum suscipiendum; & quid dicendum sit, si Clericatum habenti su- perveniat inhabilitas ad exercitium unius sed non alterius Ordinis, dixi l. 4. n. 780. 783. &c. l. 6. p. 2. n. 2221.*

*§. 2. Qui habet utrumque oculum inte- 500.*  
 grum, sed nihil videt sinistro, dummodo de- xter oculus eâ vi videndi polleat, ut commodè possit illo omnia legere sine indecora faciei con- versione ad populum, non est irregularis, ut au- tem hoc comodius possit, potest Missale tantò magis ad medium attrahi, uti præter citatos à Busenb. tenent Nav. Avila, Mol. Suar. Vasq. Sa, Dian. p. 4. tr. 2. R. 73. & p. 5. tr. 6. R. 22. Dicast. d. 7. n. 173. Pirrhing. I. 1. tit. 20. n. 6. Laym. I. 1. tr. 5- p. 5. c. 7. n. 2. addens n. 6. veluti pro certa regu- la cum Avila, Tol. Sot. & aliis, quamvis aliquis defec- tum habeat, si tamen neque notabilem defor- mitatem contineat, ita ut scandalum in cele- bratione non causet, neque exercitium celebra- tionis impedit, non facere irregularē; Unde si reipsa erutus esset unus oculus, & alias v. g. vitreus ita artificiose esset impositus, ut vix ad verti posset, docet Sylvius p. 1. v. *Irregularitas cas.* 4. talem non fore irregularē, quia quando in Jure dicitur, quod qui amisit oculum sit irregu- laris, causa est, uti communiter explicant Aucto- res, quia in hoc est deformitas, ergo si nulla ad-

P pp 4

fit